



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

201. An in Germaniis, vel aliis locis validè consecret Sacerdis in vino paulò  
ante congelato in Calice? Ex quo insertur, quid in aqua congelata non  
potest fieri validè Baptismus. Et notatur, quod ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

# 118 Tract. I. De Celebrat. Missarum,

Ec affirmatiū respondet Baunus in *Theol. moral.* tom. i. tract. 5. q. 9. dub. 2. cuius verba per extensum apponam, quia etiam deferuerint ad confirmationem eorum, quæ superius diximus; sic itaque asserit: An vinum recens, quod multum communiter appellant, materia sit Calicis in hoc Sacramento: Omnino, quia mustum est verum vinum formaliter, idque potabile, et si non defecatum. Ita Iulius Papa de Consecratione, distillat. 2. *Canone, Cum omne crimen.* 7. vbi habet racemum exprimi in Calice posse, in eiusque succo Sanguinem posse confici. Secundo, quia etiamnum mos quarundam est Ecclesiarum, certe ut die anni viæ exprimantur in Calice; deque illis sic expressis fiat consecratio: quem tamen Scholastici improbat, ut alienum cultu Sacramento huic debito. Enimvero, cum mustum non nisi rufici, aut è vulgo rudi ac impolito homuli ac fœminæ, & qui dem delibandi tantum causa bibant; nempe quia impurum, quia turbidum, quia fœcibus plenum: ab eo cuique est ob Dei ac Sacramenti reverentiam abstinentium, circa grauem necessitatem; vt si vinum decesserit, nec haberit aliunde die posset, quo fidibus ex præcepto incumbit interesse sacro Missa officio. Hucusque Baunus. Idem dicendum est pro adimplendo præcepto annua Communionis, si non adessent particulae consecratæ, & vinum. Et à fortiori hoc procederet in articulo mortis pro dando Viatico infirmis: nam in his casibus adesset gravis, & maxima necessitas; & ideo posset Sacerdos celebrare, & consecrare in musto. Notat tamen cum Bizo zero de *Sacram.* part. 4. c. 2. n. 16. quod in his casibus deberet prius interponi pannus inter vuam, & Calicem, vt humores grossiores ex via expressa remanerent in panno.

4. Non deseram tamen hinc obseruare, præter Baunum loco citato, alios etiam Doctores asserere, consuetudinem introductam in aliqua Ecclesia consecrandi in musto, esse omnino corrugandam. Sed hoc non admittit Tannerus, tom. 4. diff. 5. q. 2. dub. 5. n. 14. sic enim ait: Quod in nonnullis locis fieri solet, vt, certo quodam anno die, in musto ex viis in Calice expressio fiat Consecratio. Suarez probandum non putat, sed potius corrugendum, & tollendum. Idem ferè sentit Valsquez diff. 175. cap. 1. n. 7. vbi ait, eam consuetudinem non esse intolerabilem, si fieret non in solo musto, sed in vino iam defecato, cui aliqua particula musti expressi adiungetur. Sed mihi maiore consideratione res digna videtur, & cum in cap. *Cum omne crimen de Consecrat. diff. 2.* dicitur: Si necesse fuerit, posse botrum in Calice exprimi, & aqua misericri, & ita confici, cur non etiam ob egregiam aliquam causam antiquissime institutionis, à Sanctis forsitan Authoribus derivatae, publicaque adificationis, & devotionis, similis consuetudo licet retineatur, iuxta communem & antiquum Ecclesiæ aliquius ritum, à Pontificibus utique scitum, & nusquam haec tenus improbatum; Hucusque Tannerus. Et hanc consuetudinem obseruari in Lusitania in Ecclesia Maiori Brachatæ, restatur Fernandez de Moute in *Medulla Caf. Conscientiae* part. 2. cap. 4. §. 3. num. 6. in qua sexto die Augusti Dominica Transfigurationis à Sacerdote exprimuntur matura botra in Calice consecrando in gratiarum actione pro anni vbiestate & fructibus. Sed tales consuetudines, vixi, non admittunt communiter Doctores.

5. Notandum est hinc obiter, Amicum, ex Sylvestro, in *Curf. Theol.* tom. 7. diff. 16. sect. 3. num. 32. docere, succum ex via non perfectè matura esse consecrabilem; fecus autem ex via acerba.

6. Nota etiam, me alibi obseruasse dictum Amicum, ubi supra, docere, succum ex viis passis elicere.

tum, esse materiam consecrabilē. Sed video, hanc sententiam impugnare nouissime Adamum Opatus ait: Succus ex viis passis eductus non intrat materiam Calicis. Vnde Äthiopes grauiter peccant, si verum est, quod de illis narratur) quod vias passas ad celebrationem Missarum adhibent, & ex his plurimum ad consecrationem eliciunt. Ita illæ.

## RESOL. CCI.

*An in Germaniis, vel aliis locis valide Sacerdos consecret in vino paulo ante congelatio in Calice?*  
*Ex quo infertur, quod in aqua congelata non potest nisi Baptismus.*  
*Et notatur, quod grauiter peccaret, qui in vino congelato conficeret.*  
*Et adueritur, quod si vinum consecratum complectetur, non desinere esse Christum sub speciebus, & ideo aliud vinum minime consecrandum est, sed debet liquefiri, & sumi.*  
*Et an sit peccatum mortale in vino, quod in Hispania vocatur Hypocrasum, & in vino aqua mixta, & in alio vino vulgo dicto aqua pie, conficeret, vel sumi tamen materia sufficiens, & consecratur?* Ex p. tract. 6. & Mif. 2. Ref. 100.

§. 1. **N** Egatinus respondent Dianus Nagus in 3. *Sup. part. tom. 1. q. 74. art. 5.* Armilla in *Eucharist.* lib. num. 19. Alanus lib. 1. de *Eucharist.* cap. 11. Henricus lib. 8. cap. 12. n. 3. & alij, quia vt in aqua congelata non potest fieri validè Baptismus, sic nec in vino congelato, valide fieri potest Eucharistia; additum est quod vinum congelatum, quatenus congelatum est, non est potabile, sed comestibile; ergo, &c.

2. Verum affirmatiū sententiam ego temere, quam tuentur Emanuel Sà ver. *Missa.* n. 1. Angeli cap. codem ver. n. 2. 3. *Sotus* in 4. diff. 9. q. 1. art. 5. Layman, Suarez, Cominch, & Fagundez ubi supra, *Filiolum tom. 1. tract. 4. cap. 4. n. 87.* Reginaldus tom. 1. n. 3. diff. 7. num. 2. Villalobos in *summa*, tom. 1. n. 3. diff. 7. num. 2. Sylvius in 3. p. 9. 74. art. 5. & alij, quia vias per congelationem non corruptim substantiales ergo, &c. Deinde, vinum congelatum, esti non satis actu secundo potabile, sed potest esse materia proxima consecrationis, quia hæc non conficit in via Sacramenti, vt Baptismus, sed in consecratione ecclesiæ, quare sufficit quod eius materia sit natura sua potabile, eti ob aliquod accidentis actu potari non possit, unde patet responsio ad argumentum contradictionis.

3. Notandum est tamen, quod grauiter peccaret, qui tale vinum consecraret, quod si tamen præcepit congelatio solueretur, non satis improbabile contrarium sententiam habere. Fagundez part. 3. lib. 2. cap. 3. n. 10. lictè spicilegium infraferat, & ita docet Cominch de *Sacram.* 74. art. 5. 1. p. 1. cap. 11. n. 17. quamvis deceret aliud sumere, & omnino siudendum est, quando commode fieri potest, ut obseruant Suarez in 3. part. som. 3. diff. 45. sect. 1. in *opus.* & Layman *infra.*

4. Aduerte etiam cum Layman in *Theol.* lib. 5. tract. 4. cap. 2. n. 6. contra Alanum lib. 1. de *Eucharist.* cap. 11. si vinum consecratum congeletur, non debere esse Christum sub speciebus, & ideo minime satis potabile, eti ob aliquod accidentis actu potari non possit, si contingat vinum confectionem in calice congelari, debere liquefieri, & sumi.

5. Sed quia hodie apud Hispanos efficiunt quodam vinum, quod ipsi vocant *Hypocrasum*, ponam huc verba Petri de Ledesma in *summa*, tom. 1. de *Sacramentum Eucharistia*, cap. 4. concl. 15. vbi sic afferit: Ex hoc in lib. 5. art. 4. cap. 2. n. 6. contra Alanum lib. 1. de *Eucharist.* cap. 11. si vinum consecratum congeletur, non debere esse Christum sub speciebus, & ideo minime satis potabile, eti ob aliquod accidentis actu potari non possit, si contingat vinum confectionem in calice congelari, debere liquefieri, & sumi.

duda si el vino adobado con cosas odorosas, y con cosas semejantes, es materia deste Sacramento que se pueda consacrar. Se responde, que si la mezcla desta cosa es tanta, ó el cozer con ellas de tal qualidad, que corrompa la substancia de vino, no sera materia deste Sacramento. Y para ver quando la corrompe totalmente, se ha de acudir á la experientia de los sentidos, y al juzgio de los hombres prudentes. Y lo mismo se ha de decir del vino agudo, y de vn vino que llama agua pie. Pero ha se de auerir, que consagraren en estos liquores, que ay duda si son materias deste Sacramento, es pecado mortal de sacrilegio.] Ita ille.

R.E.S.O.L. C C I I .

*An Sacerdos confecrando vimum congelatum peccat mortaliter?*  
Ex quo infertur peccare Ministrum vitem materia dubia, vel forma dubia, omitendo certam, etiam si sequatur opinione de veritate, & sufficientia probabilem, aut speculatiu[m] probabiliorum.  
Et notatur, quod si vimum prius fuerit congelatum, & possea liquefari, non est improbabile licite confecrari, quamvis minus decenter.  
Et quid est faciendum, si vimum in Missa ante consecrationem, etiam post oblationem congeletur, an tunc debeat Sacerdos aliud de nouo infundere, & oblatum confecrare? Ex part. 10. tr. 12. & Misc. 2. Ref. 8.

N Egatuam sententiam ex Vasquez docet Galpar Hurtadus de Euch. dis. 10. difff. 10. in fine, ubi sic ait: Addit Vasquez, n. 18. non esse peccatum in vino congelato confecrare, quamvis hoc sit contra consuetudinem Ecclesie, quia non sit contra prohibitionem aliquam latam, neque dicta consuetudine introductam, quia non seruat tanquam necessaria, & obligans. Ita ille, & post illum nouissime Tamburinus Opusc. de sacrificio Missae, lib. 2. cap. 8. §. 8. num. 14.

2. Sed hanc opinionem minimè admittendam esse puto: nam licet Ego alibi cum multis Doctori bus firmauerim, vimum congelatum esse materiam Sacramenti Eucharistie; tamen contrariam Sententiam esse probabilem, non est dubitandum, & illarum absolute præter Armillam, Martinum Ledesum, Cardinalem Alanum, Hentiquez, & alios, firmant nouissime Magister Araujo, nunc meritò ad Episcopatum assumptus, in 3. part. quest. 74. art. 8. num. 5. 2. & ex Societate Issu Sapientissimus Lessius etiam in 3. part. quest. 74. art. 5. num. 24. Ergo si quis confecraret in vino congelato, confecraret in materia dubia, & obseruat Sylvius in 3. part. quest. 74. art. 5. Fagundez præcepti. 3. lib. 3. cap. 3. num. 10. & alij. Ergo peccat mortaliter: nam recte obseruat Amicus in Cursu Theolog. tom. 6. disput. 16. scđ. 3. num. 36. num. 2. num. 5. 2. & da materia certa, vt probabili, & minùs certa, quando certa commode haberi potest, tum ob periculum frustrandi Sacramentum, cùm hoc non tam pendeat ex opinione hominum, quām ex institutio ne Christi; tum ob dominum spirituale, quod inferte proximo, priuando illum fructu Sacramenti: eoque peccatum est maius, quod Sacramenti vsus, & fructus ad salutem est magis necessarius. Ita ille, cui ade Mercerum de Sacrament. qna. 60. art. 8. queritur 3. vbi sic ait: Sequitur, grauiter peccare ministru[m] vitem dubia materia, vel fortina, omitendo certam, etiam si sequatur opinione de veritate, & sufficientia probabilem, aut etiam speculatiu[m] pro-

babiliorum. Ratio est, quia in hoc casu, minister exponit se periculo nihil faciendū, quod est Sacregium. Ut enim Sacilegium est ministrale Sacramentum fictum, & falsum, ita quoque sine causa expōnere se illi periculo; quia in mortalibus perinde est quipiam facere, & exponere se periculo id faciendū. Hec Mercerus. Vide etiam Iacobum Marchantium in Refol. Pastor de Sacrament. tral. 1. cap. 1. quest. 3. Opatoum de Sacrament. in commun. diff. 1. quest. 5. num. 43. Araujum in 3. part. D. Thoma, quest. 60. art. 8. dub. 4. n. 42. Medianum in part. 2. q. 19. art. 6. Fuliensem in Idea Sacram. cap. 2. Refol. 3. Dicastillum de Sacram. tom. 1. tral. 1. diff. 1. dub. 8. n. 113. Filiuclum tom. 1. tral. 1. cap. 4. n. 69. P. Lugo de Sacram. in genere, c. 1. quest. 4. n. 5. Bonacinan, de Sacram. diff. 1. q. 2. p. 2. num. 32. qui citat Henriquez, Coninch Valentiam, Nugnum, Reginaldum, & Suarez.

3. Confirmatur hæc opinio: nam Sacerdos confecrando vimum congelatum, violaret consuetudinem rotius Ecclesie in vino liquido confecrantis. Hanc autem consuetudinem non obligare ad mortale, est negandum; nam est constitudo in re graui, quæ veritate circa materiam ipsius Sacramenti, & habet omnes alias Præsumptiones, quæ indicant (vt alibi à nobis probatum) ipsam habere vim legis, ut obseruant vno ore Doctores omnes. Et ideo hanc sententiam ego olim docui, & me citato docet Leandrus de Sacram. tom. 2. tral. 7. diff. 8. quest. 57. & me citato Martinus de San Joseph in Auct. de Confess. tom. 1. lib. 1. tral. 2. n. 12. quibus addit Coninch de Sacram. quest. 74. art. 5. n. 127. Ochagaviam de Sacram. Eucar. tral. 1. quest. 9. n. 7. Garciam in Summa Theol. mor. tral. 3. diff. 9. dub. 1. prænt. 2. n. 14. Serram in 3. p. D. Thoma, quest. 74. art. 5. Fagundez Præcept. lib. 2. c. 3. num. 10. Mercerum de Sacram. quest. 74. art. 3. num. 4. Villalobos in Summa tom. 1. tral. 7. difficult. 7. num. 2. Suarez tom. 3. disp. 45. scđ. 1. Vviger de Sacram. in 3. part. quest. 74. art. 5. n. 41. & Castrum Palauim tom. 4. tral. 21. punct. 4. n. 8. Et tandem Reuerendiss. Magister Candidus tom. 3. diquinquies 2. dub. 42. n. 55. concludit, esse immane Sacilegium in vino congelato confecrare: quod iisdem verbis ante illum docuerat etiam Sotus in 4. diff. 9. q. 1. art. 5. in fine.

4. Sed audiamus verba aliorum Doctorum, Iohannes Præpositus in 3. part. quest. 74. art. 5. n. 49. sic ait: Aduteri tamen, non posse sine graui peccato vimum congelatum confecrari, tum quia prior sententia non est planè improbabilis, & merito censeri potest materia dubia, ut docent varij, quam non licet in hoc Sacramento sumere propter aliquam necessitatem, quæ possit videri excusare; tum quod sit contraria consuetum modum procedendi Ecclesiæ in re graui.

5. Franciscus Araujo in 3. part. quest. 74. art. 8.

dub. 1. num. 52. vimum congelatum non potest licite

confecrari propter consuetudinem in contrarium,

quæ habet vim legis: necnon quia propter proba

bilitatem contraria opinioneis, Confecrare expone

ret se periculo non conficiendi Sacramentum, quod

semper vitandum est, nisi forte in casu graui necessi

tatis.

6. Raphaël Auera de Sacram. Eucar. q. 2. scđ. 5.

Fatendum est, illicitum fore confecrare Vinum actu

existens congelatum. Quamvis enim Vasquez n. 18.

dicat, Autores affirmantes, posse tale vinum validè

confecrari, debere etiam concedere, posse licet; quia

nullo præcepto id prohibetur: tamen ob dubium

aliiquid validitatem ex parte opposita, & ob reueren

tiam Sacramenti, & consuetudinem Ecclesie, dici

debet id esse illicitum. Non est igitur, ut dixi admis

tenda opinio Hurtadi, & Tamburini.

7. Nota